40.

municipiis Iudei universi utriusque sexus cuiuscunque etatis tam parvuli quam infantuli unius diei[d] crudeli nec sine misericordia fuerunt trucidati, incensis domibus et habitacionibus ipsorum et thesauris omnibus spoliatis. Huic autem populari sedicioni nonnulli de secta flagellariorum supradicti quasi carbones extinctis incendiis adhuc sub[e] cineribus latitantes primi incursores crudelitatis sue officium vel pocius maleficium prebuerunt. Verf. supradicta

Circa hec tempora gravis pestilencia et mortalitas hominum orbem afflixit generaliter universum. Hec autem epidimialis mortalitas circa annum domini 1350 et duobus ‡ epidemialis s. unten!
annis terras transmarinas orientales, tandem cismarinas, videlicet Italiam, Hyspaniam, Galliam, Angliam et insulas
1346
maris plurimas vastaverat, nec cessavit frequenti discursu diversas nunc has nunc illas pervagans regiones et morbido contagio serpens de loco ad locum, licet per aliqua temporis intersticia aliquociens, circa annum domini domini 65 fortissima crebrescebat, infinitam hominum multitudinem absumendo, adeo quod in diversis regionibus et regnis multe civitates et ville, in nonnullis civitatibus et villis domus plurime habitatoribus penitus vacue stupendum[f] transeuntibus spectaculum prebuerunt. Fuit namque ita contagiosa huius morbidi temporis infectio, quod ubicunque irrepsit totam domum et universam familiam simul
multe civ. et ville zu streichen?

fol. 113. tulit. Unde et medici communiorem et frequenciam

‡ annis sequentibus in Galliarum partibus atque Germanie vehementer invaluit, preteritis vero proximis (im Texte einzuschieben).

d) dei cod. e) super cod. f) stupendis cod.